



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 26. Clementis XI. Pontificis Constitutiones, & epistolæ ad diversos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

borarent: ipsum vero Regem rogabat, Sæc. XVIII. A. C. 1709.  
 quatenus nulli parceret labori, ut a  
 Moscoviæ Duce obtineret diploma ab  
 ejus Legato Pontifici promissum, vi  
 cujus liberum in illius Imperio unicui-  
 que esset, Catholicam religionem am-  
 plecti, ac profiteri. Idem quoque ne-  
 gotium commendabat Pontifex Gnes-  
 nensi Archiepiscopo, Episcopo Uladis-  
 lavienti, & Joanni Szembeck Pro Can-  
 cellario Regni Poloniæ.

§. XXVI.

*Clementis XI. Pontificis Constitutio-  
 nes & Epistolæ.*

Cum Clemens XI. summus Pontifex *Epistolæ*  
 omnes etiam profanas regnorum Clem. XI. pag. 532. Vid. supra l. 213. p. 354. tom. 67.  
 causas & dissidia sui muneris, sollicitu-  
 dinis & fori esse censeret, singulis an-  
 nis ad remotissimas etiam regiones li-  
 teras dedit, & quidem primo ad Per-  
 sarum Regem die secunda Martii per-  
 scripsit, quod ab Israel Ory deceptus,  
 eundem Regi enixe commendasset, spe  
 concepta, eum Catholicorum rebus  
 omni studio, eaque fide, qua sese ob-  
 strinxerat, a futurum, nunc vero ipsum  
 fidei Catholicæ desertores totis viribus  
 adjuvare, & Catholicos opprimere  
 comperiisset, quocirca Regem certio-  
 rem reddidit, quod perfidus iste homo

H 3

nulla



Sæc. XVIII. nulla fide, neque Regis auspiciis au-  
 A. C. 1709. ulla honoris significatione dignus, po-  
 tius Regia auctoritate deterrendus esse  
 ab iniquis attentatis contra Catholicos  
 Præterea Pontifex Joannem Baptistam  
 Tarsensem Archiepiscopum Sedis Apo-  
 stolicæ Nuntium ad quasdam Diæcese  
 Rhenanas tanquam Visitatorem desi-  
 gnavit, postquam vero hic varia de-  
 creta edidit, Leodiensis Episcopi Vicari-  
 us ea observari, atque ad effectum  
 deduci publice inhibuit, quo comperto  
 Visitator Apostolicus Vicarii decretum  
 omnino nullum esse declaravit, eun-  
 demque interminata pœna Ecclesia-  
 stica comparere, ac satisfacere iussit  
 eo autem hisce mandatis obluctante  
 Vicarius eundem a Divinis suspendit,  
 hanc vero Visitatoris sententiam omni  
 Jure & æquitate nixam esse, Pontifex  
 die decima tertia Aprilis Leodiensis Ec-  
 clesiæ Capitulo Cathedrali significabat  
 Cum autem Pontifici nuntiatum esset,  
 quod nonnulli Poloniæ Præsules se  
 Aulæ negotiis, & tum furentibus  
 dissensionum & bellorum procellis im-  
 miscuissent, ac propterea a suis Diæ-  
 cesibus & grege diutius abfuissent, hinc  
 die vigesima quinta Maij, ne oves ipsi-  
 creditas, quarum Sanguis de eorum  
 manibus a supremo Judice require-  
 rus esset, pro libitu desererent, hortatus



tus eisdem exposuit, quod *Episcopo-* Sæc. XVIII.  
*rum absentia sit certa nimis Populorum ca-* A. C. 1709.  
*lamitas propter insidias & pericula, quæ*  
*in perniciem spiritualis salutis, & in de-*  
*trimentum pacis & tranquillitatis, Custode*  
*procul agente, Ovili parari solent atque*  
*inferri: nec se ea excusatione tueri cre-*  
*dant, quod Lupus oves, ipso Pastore in-*  
*scio & absente, abductas interemerit, cum*  
*constet, nullum prope malum ac scandalum*  
*in Diœcesi derelicta contingere, quod non*  
*sit ei præcipue adscribendum, cujus erat*  
*subditos a recta semita deflecentes revocare*  
*monitis, allicere præsentia, voce confirmare,*  
*authoritate, & charitate continere, ac de-*  
*num in verbis suis monstra placare: Ea ex*  
*caussa Culmensem quoque Episcopum*  
*vehementer redarguit, eoquod propter*  
*ejus absentiam quidam Lutherani, ne-*  
*mine prohibente, Tempia pro eorum*  
*usu erigere ausi essent. Quoniam vero*  
*nondum composita esset controversia*  
*inter Pontificem & Josephum Impera-*  
*torem primitus inde exorta, quod hic*  
*litteris die decima nona Junii anno hujus*  
 *sæculi quinto datis Ferdinando Raesfeld*  
 *Ecclesiæ Mindensis Canonico preces*  
 *primarias ad obtinendum in Cathedralis*  
 *Ecclesiæ Hildesiensis Capitulo locum*  
 *concessisset, eapropter Pontifex primas*  
 *has preces, si Apostolici indulti præ-*  
 *sidio destitutæ sint, nullas esse conten-*  
 *dens,*

H 4

*Vid. supra*  
*l. 213. S. 116.*  
*pag. 451.*



Sæc. XVIII  
A.C. 1709. dens, Franciscum Arnoldum Monasteriensem Episcopum hoc item anno die vigesima quinta Maij datis literis hortabatur, ut cujusdam Precistæ conatibus fortiter obsisteret, qui Decanatum Collegiatæ ad S. Mauritium Monasterii assequi contendebat, eundem vero Præsulem, quod strenue resisterit datis literis die decima septima Aprilis Pontifex de prædicavit. Insuper Pontifex die prima Junii Capitulum & Canonicos Posnanienses in Polonia graviter increpuit, quod ibidem Lutheranos hospitio excepissent, eisque Tempora ad sectæ suæ exercitium aperire permiserint, ut ergo ejusmodi scandalum quantocius submoverent, eos vehementer hortatus est. Appropinquante autem anni sæcularis celebritate, ex quo Ordo Monialium Visitationis B. V. institutus fuerat, felicem ejusdem instituti, cujus tum jam centum supra quadraginta septem Monasteria numerabantur, propagationem eisdem gratulatus est Pontifex, easque ad saluberrimas Constitutiones & monita a S. Francisco Salesio Fundatore relicta diligenter custodienda die vigesima tertia Junii hortatus est. Peroptabat etiam Pontifex, ut Cistercienses Romæ in Monasterio S. Thomæ Martyris austeriorem Congregationis de la Trappe disciplinam inveherent, his



his autem renitentibus ad Franciæ Re- Sæc. XVIII.  
gem perscripsit, petiitque, ut Jacobus A. C. 1709.  
de La Come Abbas de La Trappe cum  
sex sui Ordinis Monachis Romam veni-  
rent, qui etiam urgentibus Rege, Noa-  
lio Cardinale & Cancellario die vigesi-  
ma secunda Novembris iter aggressi,  
exortis tamen dissidiis inter Papam &  
Cæsarem aliquamdiu subsistere co-  
gebantur.

Rursus quoque Pontifex die deci-  
ma septima Julii Augustum Poloniæ  
Regem summopere urgebat, ut Filium  
suum in fide Catholica educari curaret,  
eandemque fidem strenuo animo in Re-  
gno suo tueretur: idem quoque im-  
pense commendabat Principi Egoni de  
Fürstenberg Saxonici Electoratus Ad-  
ministratori, cui etiam felicem Mis-  
sionum Apostolicarum in Saxonia pro-  
gressum gratulatus, Missionarios mo-  
nuit, ut omnino caveant, *ne forte a-  
crioribus aliquando verbis laceessant potius,  
quam alliciant Auditorum animos, quos  
præstat spiritu lenitatis ac mansuetudinis  
ad agnitionem veritatis, & ad sinum aman-  
tissimæ Matris Ecclesiæ deducere.* Regi  
vero die decima sexta Novembris im-  
pense commendabat Pontifex Budis-  
fense Capitulum, quod illius civitatis  
Magistratus in detrimentum Cultus Ca-  
tholici & disciplinæ Ecclesiasticæ acriter

H 5 vexa-



Sæc. XVIII. vexabat: cum autem eodem tempore  
 A. C. 1709. Melitensium classis Hydruntum inter  
 & Aulon Prætoriam, & alteram præ-  
 fidariam Tripolitanorum navem inter-  
 cepisset, Pontifex die vigesima Julii  
 Raymundo de Parellos supremo Magistro  
 hanc victoriam gratulabatur. Equi-  
 dem Pontifex Lotharium Franciscum  
 Moguntinum Archiepiscopum, ejusque  
 Capitulum jam antea sollicitabat, ut  
 Franciscum Ludovicum ex Comitibus  
 Palatinis Rheni Ecclesiarum Uratisla-  
 viensis & Wormatiensis Administrato-  
 rem supremum Ordinis Teutonici Ma-  
 gistrum sibi in Coadjutorem eligerent,  
 ab eodem tamen Archiepiscopo die ter-  
 tia Novembris admonitus, quod gra-  
 ves, ac scandalosi tumultus exin fuisset  
 orti, ab hoc negotio interim ab-  
 stinendum esse rescripsit. Eodem anno  
 nuntiatum erat Pontifici, quod ad Re-  
 gis nominationem, & ad Abulensis Ca-  
 pituli electionem ac consensum Fran-  
 ciscus de Solis Ilerdensis Episcopus tan-  
 quam Gubernator seu Vicarius vacantis  
 Ecclesiæ Abulensis curam & regimen  
 suscepit, proin suam Ecclesiam dese-  
 ruerit, quin a vinculo, quo eidem te-  
 nebatur, fuisset absolutus, aut a Papa  
 absolutionem, translationem, provisio-  
 nemque petiisset, aut obtinisset, ea-  
 propter Pontifex die vigesima quarta  
 Augusti



Augusti ejusmodi electionem, cuncta- Sæc. XVIII.  
 que hanc in rem gesta damnavit, nul- A. C. 1709.  
 laque esse declarans Episcopo intermi-  
 natis pœnis Ecclesiasticis inhibuit ne  
 ullo pacto sese in administrationem  
 Abulensis Ecclesiæ immisceret, sed in-  
 terim ejusdem Ecclesiæ Vicarius Capi-  
 tularis eam gubernaret. Huic Pon-  
 tificis mandato Episcopus illico morem  
 gessit, & quamvis Abulensis Ecclesiæ  
 regimen ei a laica potestate fuisset de-  
 mandatum, illud tamen nulla mora  
 dimisit, propterea a summo Pontifice  
 die septima Martii anno sequenti pater-  
 nis commendatus literis, denique die  
 vigesima secunda Maij confirmavit Pon-  
 tifex erectionem novæ Congregationis  
 Benedictinæ in Polonia sub invocatio-  
 ne S. Crucis.

§. XXVII.

*Sacrarum Congregationum decreta  
 & decisiones.*

**I**nter varia SS. Congregationum decreta Bullar. magn. Clem. XI. part. 2. pag. 448.  
 hoc anno die vigesima sexta Janua-  
 rii Sacra Congregatio negotiis Regu-  
 larium præposita statuit, ut deinceps  
 expensæ pro Sacristia &c. ex Monasterii  
 redditibus fiant, & omnes, ut vocant,  
 census vitalitii, quos Moniales habent,  
 ad commune ærarium reponantur, Mo-  
 naste-